



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

ij An sacerdos celebrans teneatur semper sumere vinum consecratum siue
sanguinem christi

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Capitulum

ruptio sacramenti ad minus in aliqua parte. quod caueri debet si fieri possit. s; procedat sine admixtione aque. Admixtio em aque no est de necessitate consecrationis sed consecrantis

ii
Sol. **Dubiu** **ii** **Quotiescunq; consecrat tenetur sumere. nisi irremediabile impedi-
mentum superueniat. Si autem aliquis sacerdos non celebra-
brans communicando sumat corpus christi. talis non debet san-
guinem sumere. sed vinum non consecratum post sumptionem
corporis.**

iii
Sol. **Quid agendum est si sacerdos ex quacunq; causa non possit su-
mere vinum. et ita etiam neq; sanguinem sumere valeat.**

**Si sacerdos sciat vel pbabiliter timeat q no possit absq; nausea
et periculo vomitus vel alio inconuenienti tantum vini sumere
quantum ad consecrationem necessarium est non debet celebrare.
Et si missam inceperit et nondum consecrauerit corpus incepra
deserat. Si autem post consecrationem corporis et ante consecra-
tionem sanguinis sentiat vel timeat se non posse sumere sangui-
nem. propter nauseam ex inspectione vel odore vini consecrandi
vel alio huiusmodi accidente non debet consecrare sanguinem. s;
debet procedere sicut in illo casu vbi post consecrationem panis ca-
lix deprehenditur vacuus vel liquoze non consecrabilis paratus.
et no potest vini debitum haberi ad consecrandum. put tactum
est superius articulo quarto in solutione secundi dubij. Si vero
post consecrationem sanguinis et precipue circa tempus sumptio-
nis eius hoc sentiat vel timeat. tutius est q no sumat. sed reuerenter
atq; diligenter reseruet vsq; ad proxima celebrationem. in qua post
sanguine tunc consecratu et sumptu sumat illu sanguine reseruatum.**

Dubiu **iiii** **Quid agendum est si cum sumi debet sanguis species vini sit co-
gelata ita q non debite possit sumi**

Sol. **Fiat resolutio aliquo modorum superius tactorum circa. xiiij.
dubiu articuli quarti. hoc tñ obseruato q nullo mo supinfundat
vini calefactu. eade rone qua no dz admisceri aqua vino consecra-
to. vt circa pmum dubium huius articuli dictum est.**

v **Quid agendum sit. si musca aut aranea vel aliud huiusmodi ce-
ciderit in sanguinem**

Sol. **Animal illud caute debet capi. et diligenter lauari et coburi. et abs-
lutio cum cineribus in sacrarium mitti. Et si absq; horroze et peri-
culo sumi possit. sanguis sumatur more consueto. Si autem pro-
pter horrorem vel periculum vel timorem vomitus sumi possit.
tunc dz effundi in aliud vas ad hoc aptum. et cum reliquijs refer-
uari. Nihil em abhominabile sumi dz occasione huius sacramen-
ti. Et tunc ne sacramentu maneat imperfectum debet aliud vinum
aqua mixtu in calice poni et ulterius procedi eo mo quo superius
circascdm dubiu articuli quarti expressum est fm q an vel post
sumptionem corporis hoc deprehendatur.**

vi **Quid agendum sit si sacerdos ante sumptionem sanguinis depre-**